



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio secu[n]da.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

iusti memoria eius in secula seculorum. **Psalmus.** Domine quid multiplicati sunt qui tribu. **V.** Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis etc.

Beatus bernardus **26.1.** **B**eatus bernardus castro burgundie ordinatus fuit parentibus claris sine dignitate seculi sed nobilitatibus sine christiane religionis pietatem. Qui memor creatoris sui in diebus iuuentutis suemundum relinquere desiderans cepit inquirere ubi certius ac purius inueniret requiem animae sub iugo christi annos habens circiter viginti tres. Tercium ingressus cum socijs fere triginta sub abbate stephano suauis iugo christi collum submisit: Ab illa die dedit dominus benedictionem vinea illa domini sabaoth dedit fructum suum extendens palmites suos usque ad mare. et ultra mare propagines suas. Tu autem domine miserere.

R. Prima virtus viri sancti habitus corporis sui quod ita composita et vno semper modo agebat. Ut nil appareret in eo quod posset offendere intuentes. **V.** Torum in eo disciplinatum torum insigne virtutis perfectionis forma. Ut nil appareret in eo. **Lectio secunda.**

Quoniam autem complacuit ei qui suum segregauit a seculo et vo-

cauit ut in eo reuelaret gloriam suam misit ad eum abbas stephani ad edificandum domum clareuall' mittere fratres suos et cum eis alios viros religiosos. Quibus abeuntibus beatum bernardum prefecit abbatem. Innumeris quidem miraculis seruum suum deus clareuallensem significauit abbatem ut ecclesie quedam propriis pastoribus destitute cum sibi in episcopum eligerent. Tu autem domine miserere nobis. **Deo.**

R. Virtute multa et scia perditus sanctus dei proximabat dignitati sanctorum. Cum fructu operum proferens celestis sapientie verba. **V.** A pueritia requisivit auctorem vite et animum dedit ad eloquia dei. Cum fructu operum pro. etc.

Elegit eum **Lectio tertia.** domestica lingonensis ecclesia elegit et cathalanien. Intra italiam ciuitas ianuelis mediolanensis nec non rom' nobilissima sancte ciuitas hunc optauerunt pastorem et magistrum. Sed omnibus his vocacionibus postpositis non magis eius delectabat tyara et annulus castri et sarculus. Venit igitur vir dei de fulcumatum que est abbatia vna de primis quas ipse edificauit.

Cumque oratorij dedicatio pararetur ita occupauerat.